



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Antiqvissimo Canonicorvm Tungarorum Collegio, Ioannes Placentius  
Dominicanus S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

14.  
ANTIQVIS

SIMO CANONICORVM

Tungarorum Collegio, Ioannes

Placentius Dominicanus

S. D.



Arcus Cicero Romanæ eloquē  
tiæ parens, A Licinio Archiæ,  
Poetæ facundissimo patrocina  
turus, Themistoclem illum sum  
mum Athenis virum dixisse as  
seuerat, cum ex eo quæreretur,  
quod acroama, aut cuius vocem libētissime aus  
diret, eius, inquit, a quo mea virtus optime præ  
dicatur. Hinc egomet mihi (vt edicam) ornatif.  
domini, non nihil timere cœpi: vt cui educatio  
ipsa & labor improbus, nullam conciliarunt fa  
cundiam, si quid de optimis viris effari non op  
time pertentassam: fieret vt aut sanctissimorum  
Antistitum derogarem maiestati, vel meæ fun  
ctioni minus satisfacerem. Quod me vtrobique  
in partem multa diuersam cogitare cōpulis quo  
vsq; meliori omine incidisset, cū modis omni  
bus comperta vestra humanitas, tū ætatis meæ  
ratio, sub qua, prima hæc & rudis ingenioli mei  
setura, in vsum multorū, bona spe deriuaretur.

B

7  
10  
Quare simul & vestrae ciuitatis atq; Collegij an-  
tiquitate & meum verecunde pudorem detegere ag-  
gressus, profiteor ingenue, nullius glorie neque  
precij gratia, tantum me assumpsisse laboris: sed com-  
munis causa patriae. Quae inextricabilibus tene-  
bris hucusq; obsita delituit: vt nihil vsq; magnifi-  
cum, gentile nihil, de nobis hominum retineret me-  
moriam. Ea res sola fecit, vt vos atq; adeo q; pluri-  
mos huic semper voto addictissimos, imprimis  
praefatione compellere non erubuerim, qui singula-  
ri iudicio euasisti clarissimi & nostrae viciniae glo-  
riosa columina. Valete.

¶ Catalogus Antistitum Tungarorum, autore F.  
Ioanne Placentio Trudonense, ordinis pre-  
dicatorum, Coenobij Traiectensis ad Mosam

**Q**uius Maternus Longobardus, pa-  
tre Comite papiæ prognatus: pri-  
mo Treuerensium, deinde Coloni-  
ensium, postremo Tungarorum fue-  
rit Antistes. Successit quippe cla-  
rissimis viris Eucharis et Valerio, quos vt fidei  
symmystas habuit, ita æmula vtrumq; virtute  
non dubitauit exprimere. Sed inusitata planeq;  
stupenda de hoc narrant historie. Factum anno  
nati Seruatoris septuagesimo primo, dum Ro-  
mæ Simon Petrus apostolorum princeps, hos

*symmystas fere  
tauz seu p  
voti q suz*

*an. 71.*

*quoniam sit qd. e. mt. dicitur qd. pemptor et pemptissio. Sed pemi-  
tissimior pemptio. i. dicitur pemptio vltimior qd.*